



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

V. Ablassbrief des Erzbischofes Otto von Magdeburg für die Kirche zu Belitz, vom 17. Februar 1336.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

gentibus injuncte sibi super confessis et contritis poenitentiae quadraginta dies misericorditer relaxamus. Datum Magdeburg anno Domini MCCLII. calend. Junij pontificatus nostri anno octavo.

Nach P. Creusing's Abschrift des verlorenen Originals.

V. Ablassbrief des Erzbischofes Otto von Magdeburg für die Kirche zu Belitz,
vom 17. Februar 1336.

Otto, Dei Gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, uniuersis Christi fidelibus ad quos presentes peruenerint salutem in Domino sempiternam. Ut Parochialis ecclesia in Belitz in honorem sancte Marie virginis constructa propter deuotionem et affectionem Christi fidelium frequentius et deuotius veneretur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam causa peregrinationis aut deuotionis uenerint aut circuitum pro fidelibus defunctis fecerint, vel qui corpus Christi cum deportatur ab infirmis cum deuotione vel sacram unctionem secuti fuerint ac in festiuitatibus infrascriptis Pasche, Pentecostes, Corporis Christi, Joannis Baptiste, Marie Magdalene, beatorum Apostolorum cuiusvis septimane, natiuitatis Christi et in quatuor festiuitatibus beate virginis Marie, etiam qui dicte ecclesie aut ibidem exulibus seu fratribus calendarum auxilio uel consilio elemosynas testamenti legauerint, siue manus porrexerint adiutrices, de injunctis sibi poenitentis auctoritate beatorum Apostolorum Petri et Pauli confisi XL dies indulgentiarum misericorditer in domino relaxamus, si ad hoc accesserit dioecesani uoluntas et consensus. Datum anno domini M. CCC. XXXVI.º. dominica invocationis.

Aus P. Creusing's Abschrift des Originals.

VI. Markgraf Ludwig d. A. bestätigt die Stadt Belitz, am 29. Juli 1341.

Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bauarie, sacri Romani Imperii Archicamerarius, prudentibus et honestis uiris consulibus et uniuersitati ciuitatis Belitz fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Ob fidelitatis vestre constanciam in uobis omnimodo repertam ad noticiam uniuersorum et singulorum, quibus oblatum fuerit presens scriptum, cupimus peruenire, Quod uos et singulos vestre ciuitatis incolas in omnibus iuribus, gratis, commodis, libertatibus et honoribus probabilibus seu debite consuetis apud predecessores nostros Marchiones Brandenburgenses bone recordationis usis hactenus et gauisus, volumus gratuite conferuare. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi communitate firmiter communitas. Datum Berlin, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo, die dominica post diem beati Jacobi apostoli.

Aus P. Creusing's Abschrift des Originals.